

Harmoniae morales, Liber I: Dii tibi, si qua pios respectant numina, Cantus



Harmoniae morales, Liber I: Proditor est ut hypocrita, Bassus

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004591_07



Harmoniae morales, Liber II: *Quod licet, ingratum est, Altus*



Harmoniae morales, Liber II: *Vitam quae faciunt beatiorem, Tenor*

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004591_07



Harmoniae morales, Liber III: En ego campana, Bassus



Harmoniae morales, Liber III: Clare vir, Cantus

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004591_07

QVATVOR VOCVM LIBER I.

HARMONIARVM MORALIVM

QVIBVS HEROICA, FACETIAE, NATVRALIA, QVOTLIBETICA, TVM FACTA FICTAQVE POETICA, &c. ADMIXTA SVNT:

Nunc primùm in lucem editus.

AVTHORE

Iacobo Hándl.

CANTVS.

PRAGAE, TYPIS NIGRINIANIS.

Anno: M. D. Lxxxix.

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija
CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004591_07

IACOBVS HANDL

SVIS MVSICAEQVE AMICIS

S. P. D.

NON SINGVLI IAM A ME SINGVLA SED AB VNO OMNES penè omnia exigunt. Liberalis Muſica nulli vnquã negauit facilè operam ſuam liberali. Ergo omnibus omnia fieri & hoc, quantulumcunq; illud eſt, quod honeſtiſsimarũ Artium Artifex mihi credidit, talento, nulli non gratificari diſcupio. Eccleſiæ chorus tres me iam continenter annos occupat: dedi nonnulla; quæ cantantur & audiuntur propè quotidie: adderem plura, ni viribus eſſent hoc tempore imparia meis. Ars integra eſt, ſed neruus præli & typographicum robur fractum. Interim ſucclamant amiculi, Interpone tuis interdum gaudia curis, & magnis vocibus è Choro ad forum, à ſacris & ſerijs, ad iocum, focum, cænulaſq; ludoſq; me ſuos inuitant. Pugnem aduerſus iſtos? Beneuolentiſsimi ſunt, qui non tam aurium ſuarum illecebras quærere, quàm grauioris Muſicę aliqua intermiſſione mihi quoq; conſulere velle videntur. Demus aliquid ſtudio animoq; Amicorum. Ludunt in Madrigalibus, trahuntur Neapolitanis, paſcuntur & penè natant in Vilanellis Itali. Quæ idiomatis ſui ſunt hæc captant crepantq; noſtrates, in his triumphat, his ſe ſaginat expletq; cum Germano Gallus. Suntq; hæ inprimis nationes quæ Muſicam & alunt & colunt, in quibus illa præcipuè viget viretq;. Hîc omne numerorum genus & Verſuum, maiores Muſicæ opes, ditius penu nuſquam cōmemini. Quo aut frueremur omnes niſi Linguarum peregrinarum prohiberet ignoratio, aut plures. Latinam Linguarum Reginam in hoc genere penè deſertam video. Huic igitur veluti notiſsimæ, latiſsimæ & vbiq; domeſticæ, quæcunq; ex moribus deriuare, quæ ex artibus, ex natura ipſâ haurire, tùm ex dictis, fictis, factis variè permixtis, quicquid poeticè conflare poſſum, nunc cōmittere incipio, & Madrigalium loco ſubſtitutum lætiorem hunc cantum, MORALIA, inſcribo, ſicq; vt deinceps vocentur opto; quod potiſsima pars morum ſit minimè laſciuorum, ſed qui obſcœnitatis etiam vmbram reformident. Vobis autem eximijs atq; aſsiduis amicis meis id deſtino, vt habeatis quod vos oblectet, ego qui me defendant. Nam qui interdum Gallo cantanti raucis vocibus immurmurent non deſunt. Sed, omnia vincit amor Muſicæ & nos cedamus amori. Pragæ, ipſa Dominica Septuageſimæ, Anno Salutis: M. D. LXXXIX.

Skladateljev predgovor v prvi knjigi zbirke ***Harmoniae morales*** */*
The composer's preface in the first book of the collection ***Harmoniae morales***

© 2025 ZRC SAZU,
Muzikološki inštitut, Ljubljana, Slovenija

CC BY-NC-ND 4.0
https://doi.org/10.3986/9790709004591_07